Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

109.

loco Stammes vel Stames seu Stams in Eulesia parva S. Joannis B. quæ diu ante Monasterii constructionem exstiterat, et in Dedicatione S. Joannis B. fuerat dedicata, eundem digitum, quo Dominum demonstravit, et quem S. Thecla inter Apes attulit, fuisse asservatum, cultum, et miraculis coruscasse.

XI. Particula digiti Indicis dexteri S. Joannis B. una cum baculo S. Theclæ, vel ab ipsa S. Tigria seu Thecla ex ~~ex~~ Oriente per Noricum et Rætias reversa Stamsii (nam Stamsensem pagum Episcopatu Augustano antiquiorem esse, traditio fuit anno 1432; ut in ~~Ms~~ Ms. quod de hoc anno lego) fuit relicta: vel, quod propter imaginem S. Theclæ probabilius judico, postmodum Stam ex Mantiana Stamsium translata: quando autem? non prius, quam nomen Tegris ~~ad~~ in Tegle et Thecla degenerarit. Id quod certe factum est ante seculum XII, ut quo Belethus non jam sed ~~Theclam non~~ Tigrim sed Theclam nominat. Qua demum occasione translatio hujusmodi fieri potuerit, indagabimus infra C. IX ad an. 1027.

XII. Fritio illa de S. Thecla Seleuciæ sepulta, orta videtur tum ex ~~defectu~~ ignoratia actorum S. Tigrio Mantiananum, tum ex ~~eo quod S. Thecla Protomartyr illa~~ inepta confusione hujus cum S. Thecla Protom. illa celeberrima S. Pauli discipula, post varia superata martyria in montana Seleucia vicina se contulit, atque aliquandiu anachoreticam ibi ducens vitam, tandem placida morte defuncta et ~~Seleucia in adjacente civitate Seleucia~~ in proxime sita Seleuciensi civitate (nempe Isauria metropoli) sepulta legitur apud Eusebium Basilium Seleuciensem, et alios.

48) Adelzreiter Annal. Boic. p. I, l. 6, ~~ubi~~ c. 7: Theodoni duos fuisse filios persuasum habet Velserus (de Reb. Boic.) Utilonem ac Theodonem: et Utilonem quidem Boica potitum; Theodonem vero natu minorem cognomine Vacarum, id est, intrepidum, bellicis factis ad fortunæ excelsæ aspirantem, in Italiam esse profectum. Sed et Brunnerus, quempiam Theodonem vel Utiloni fratrem fuisse, vel duos ordine Theodones sibi in Bojorum Principatu successisse, ~~ex~~ eo probabile judicat, quod Theodo, de quo postea, a plerisque domesticis scriptoribus ~~tertius~~ tertius ~~dicatur~~ dicatur. Maluissem ego addere rationem: quod Thassilo I, qui Garibaldo Utilonis filio successit, Garibaldi filius non fuit, et tamen certo, lege Boica ita statuente, ex ~~gente~~ genere Agilolfingorum, atque ac Garibaldus ~~ac~~ Theodo I fuit. Agathias l. 1, Theodonem quendam Varum (alii Vacarum, alii Burnum legunt) in exercitu Narsetis contra Ostrogothos militasse, filiumque habuisse Theodobaldum, ~~ab~~ testatur, licet illum

(Codex Gemisanensis scriptus seculo ~~XIII, et in Bibliotheca Casinea~~ Theodonis filium Udonem vocat, ~~Theodonis~~ de Theodone II mentionem non fecit. Vide supra Addit. 45.